UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis Expositio

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

In 7. Clausula ponitur, non obstantibus &c. paragrapho. 7.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

Visual Library

§. VI.

In ſexta clauſula prohibetur executor aliquid muneris, vel compenſationis accipere.

1. ID ſanè non ſolum monet, ſed præcipit: ſic enim habet: *Quod ſi, ſpreta hac monitione, aliquid muneris, aut præmii recipias, excommunicationem latam incurras.* Immò interdum, quando ſcilicet diſpenſatio conceditur in forma pauperum, id eſt, ſine illa compoſitione, ſeu eleëmoſyna, quam pro divitibus ſolet taxare datarius, addit Pontifex, ut diſpenſatio tunc nulla ſit.

2. Dubitatur ergo, an nihilominus executor poſſit excipere, ſaltem eſculenta, & poculenta, quæ paucis diebus conſumi ſolent?

3. Reſpondet Primò Sanchez, *a* non poſſe, quia omne genus muneris vetat Pontifex, ibi (*aliquid muneris*) intelligit tamen Sanch. ſi ea mittantur à partibus ante finitam Delegationem, vel cum pacto, ſeu conventione dandi poſtea.

a Sanch. l. 8. matr. d. 35. n. 12.

Addit Conradus, *b* ejuſmodi executorem debere omnia gratis exhibere; quare, nec pro labore ſtudii, nec pro acceſſu ad Teſtes examinandos aliquam poſſe mercedem accipere.

b Conrad. in praxi l. 7. c. 6. nu. 14.

4. Reſpondet Secundò Perez *c* duo afferens, Primum, per dictam clauſulam non prohiberi Officiali aliquid modicum accipere pro laboris impenſa in exequenda diſpenſatione, ſi illud ſit jure, vel conſuetudine debitum, quam tamen conſuetudinem adeſſe, difficile putat, quia ejuſmodi labor admodum eſt exiguus.

Secundum, non prohiberi exculenta, & poculenta non magni momenti; cùm enim non dentur (ut ſupponendum eſt) ad corrumpendum Judicem, ſed ſolùm, ut majori brevitate ſuum munus perficiat, non videtur (ait) cadere in dictam prohibitionem. *d*

c Per. de matr. d. 48. ſect. 2. nu. 6. & apud Dianam p. 8. tr. 3. reſol. ult. Loquentem de ſimili clauſula in literis Pœnit.

d Conrad. ibidem c. 7 nu. 4.

§. VII.

In ſeptima clauſula ponitur; Non obſtantibus, &c.

1. TAmetſi hæc clauſula: *Non obſtantibus Conſtitutionibus Pontificum*: addatur in mandato de Diſpenſando: illa tamen non tollit impedimentum in illo mandato non expreſſum. Cadit igitur ſolum illa non obſtantia ſuper impedimentum expreſſum, ut rectè notat ibidem Conradus. *d*

CAPUT XIII.

Explicantur clauſulæ Reſcripti Diſpenſationis pro foro interno.

1. INdicavimus aliquanto ſuperius, quando occultum eſt impedimentum, ejus diſpenſationem peti, & impetrari per viam Pœnitentiariæ, quæ, nec ipſa immediatè illam expedit, ſed committit alteri per literas ſigillatas, quarum præçipuas Clauſulas jam expendo.

§. I.

In prima Clauſula committitur Delegato executio.

1. IN hac Pontifex, ubi ſalutationem impertit ei, cui delegat commiſſionem, requirit in eodem duas qualitates, quarum alterutra deficiente, nulla concederetur à Delegato diſpenſatio. Eæ ſunt, ipſum eſſe Doctorem in Theologia; vel in Jure Canonico, &c, eundem eſſe Confeſſarium approbatum ab Ordinario. Verba Pontificis hæc ſunt: *Diſcreto viro Confeſſori Magiſtro in Theologia, vel Decretorum Doctori ex Approbatis ab Ordinario.* His autem qualitatibus exiſtentibus, eſt in poteſtate diſpenſandi hunc, vel illum eligere. Sed perpendamus jam utramque qualitatem.

2. *Confeſſario.* Olim ſatis erat, Delegatum hunc eſſe Confeſſarium, ſed probabile ſaltem erat, non opus tunc fuiſſe, ut diſpenſatio expediretur ab ipſo in actu Confeſſionis Sacramentalis, quia verba Brevis, non clarè hunc rigorem requirebant, hodie verò clare ſolet poni, ut non niſi in ipſo actu Confeſſionis Sacramentalis prædictus Confeſſarius diſpenſet, ut cum multis notat Diana. *e*

3. Addit idem *f* ex Marco Leone, ſufficere, etiam ſi Confeſſio ſit ſacrilega, dummodo

e Diana p. 1. tr. 3. reſol. 106.

f Idem ibidem reſ. 307.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN